



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniæ, 1611

Remedia pro iis, qui ob respectus humanos negligunt benefacere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](#)

172 DE FREQUENT.
REMEDIA PRO IIS. QVO
pudet bene facere, ob respectus
humanos.

1. **S**i non pudet te facere male, cu
spudeat facere bene?
2. Memento te breui moriturum, &
coram Christo sistendum, quanto tunc
pudore suffunderis?
3. Si Christum nō puduit, è cruce pen-
dere nudum: cur pudet te bene facere?
4. Tot millia virorum & fœminarum
vitam pro Christo profuderunt, & tu
vetericundaris amore illius, aliquid boni
agere?
5. Quid dices in die iudicij? quis tunc eni
pudor tuus, quæ confusio?
6. Dum boni quidpiam agis, gaudio
affidis totum cœlum: an ergo ob respe-
ctus humanos vis eos illo destitui?
7. Qui erubescit bene agere, erubet
etiam esse Christianus, & quodam
modo vna cum Petro negat Christum.
Quid hoc pudore turpius?
8. Dominus dicit in Euangelio. Qu
me erubuerit corā hominibus, erubet
cam & ego confiteri coram patre meo.

Luc. 10. 5

12.

I sal. 52.

9. Psalmus dicit, Deum confundere
& spernere illos, qui hominibus placci
Et S. Paulus: Si adhuc hominibus placere
Christi serum non esset.

10. Co

COMMVNIONE. 113

10. Cogita, quām turpe sit ob respectus
humanos nolle facere, quæ Deo grata
sint, & Sanctis.

11. Promisisti in Baptismo, te renun-
ciare Dæmoni, eiusq; operibus, solum-
que Deum amare velle: cur ergo non
pudet opera Dæmonis exequi? diuina
autem præstare pudet?

12. Tota Scriptura clamat, ut soli Deo
conemur placere, & mundum contem-
nere: & tamen erubescimus placere
Deo, & mundo displicere.

13. Magna amentia est erubescere in
bono opere, ea re enim æquè in hoc
mundo, ac in altero reddimur contem-
pti: non autem pudefieri in opere malo,
vnde huius vitæ, & alterius pœnas o-
bis conciliamus.

14. Qui respectu humano arcentur à
bono, quantum pudefient tunc in in-
ferno?

15. Ait Euangelium, Seruum scientem *Luc. 13.*
Domini voluntatem, & non facientem,
vapulaturum multis, quid ergo illo fiet,
qui ob respectus humanos neglexit fa-
cere voluntatem Dei?

16. Quotidie dicas, *Fiat voluntas tua,* &
tamen non facis illam, ad placendum
hominibus.

17. Cogita, quantum in hora mortis

174. DE FREQUENT:

sis gauisurus , cùm recordaberis , te ob
respectus humanos à bonis operibus
non destitisse.

18. An putas Deum te velle donare
priuilegijs , quibus nec filium suum , nec
Sanctos unquam donauit ?

19. Putas te à Deo non videri credis
Deum ludere ? persuadesne tibi , te à Deo
ob tales iniurias non castigandum ?

20. Cogita fieri non posse , vt beneficium
tibi apud Deum & pariter apud mun-
dum : vt placeas Deo simul & mundo .

21. Ob respectus humanos . ab eden-
do , ab ornando corpore , aliquaque actio-
nibus non absistis , & exubescis benefi-
cere .

22. Si te quærentem thesaurum , alii
irridenter , à coepto non desisteres , &
pudet te quærere thesaurum diuina
gratia ?

23. Considera ex una parte Deum , &
totum paradisum : ex altera vero mun-
dum , utrius potius habenda ratio , non
ne prioris ?

24. Ob respectus humanos non cessas
bene facere ei , qui te è vitæ periculo eti-
puisset : cur ergo cessabis Deo , qui non
solum dedit , sed etiam conseruat vitam ?

R.E.M.E.